



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Doctor Mellifluus S. Bernardus Magnæ Matris Cultor  
Eximus, Et Ex Ordine Sancti Benedicti Sacellanus  
Quartus. Sive Ea quæ Doctor mellifluus de laudibus  
Virginis Matris scripsit in gratiam magnæ ...**

**Bernardus <Claraevallensis>**

**Nevhvsii, MDCLXXV.**

Tomus I. Ex Tomo primo Doctoris melliflui, qui continet Epistolas, nihil speciale occurrit proposito serviens, quàm Epistola 174 ad Canonicos Lugdunensis super immaculata Conceptione, quam ad finem ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37156**

## TOMUS I.

*Ex Tomo primo Doctoris melliflui, qui continet Epistolas, nihil speciale occurrit proposito serviens, quam Epistola 174. ad Canonicos Lugdunenses super immaculata Concepcionem, quam ad finem operis certas ob causas remitto.*

## TOMUS II.

*Ex Sermone secundo de Adventu, num. 4. et 5.*

**E**X his manifestum jam arbitror, quænam sit virga de radice Jesse procedens: quis verò flos super quem requiescit Spiritus sanctus? Quoniam *Virgo Dei Genitrix Virga est, Flos Filius ejus.* Flos itaque filius virginis, flos candidus & rubicundus, electus ex millibus. *Cant. 5.* Flos in quem prospicere Angeli desiderant, flos ad cuius odorem reviviscunt mortui: & si-  
cūt ipse testatur, *flos campi* est, & non horti. Campus enim sine omni humano floret adminiculo, non seminatus ab aliquo, non defossus sarculo, non impinguatus fimo. Sic omnino, sic virginis alvus floruit, sic inviolata, integra & casta MARIAE viscera; tanquam pascua æterni vitoris florem protulere, cuius pulchritudo non videat corruptionem, cuius gloria in perpetuum non marcescat. O Virgo virga sublimis, in quam sublime verticem sanctum erigis! usque ad sedentem in throno, usque ad Dominum majestatis. Neque enim id mirum, quoniam in altum mittis radices humilitatis. O verè cœlestis planta, pretiosior